Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799

Quelle:
Copyright:

col. 261. *Ad Sunniam et Fretelam* 106. *Paulæ et Euſtochii ad Marcellam* 46. *Ad Principiam* 127. Ad eandem 65. *Ad Aſellam* 45. *Ad Theodoram Spanam* 75. *Ad Marcellam* 43. Adhaeret et huic Exemplo Elogium *Bethlehem*, de quo ibi *Vallarſius not. c.* Ad eandem 24. Ad eandem. Spuria T. XI. *col.* 31. *Altercatio Luciferiani et Orthodoxi.* T. II. *col.* 171. Ad calcem: *Expliciunt Epiſtole Beati Jeronimi.*

II. *fol.* 212. *Incipiunt Sermones Beati Jeronimi. Et primum de Nativitate Domini.* Init: *Hodie verus ſol ortus eſt* &c. T. XI. *col.* 208. *De Epiphania.* Init: *Dies epiphaniorum greco nomine* &c. *col.* 209. *De Quadrageſima.* Init: *Quomodo miles ſemper* &c. *col.* 210. *De Paraſceve.* Init: *Hodie fratres kariſſimi populus iſrael* &c. *col.* 212. *De Die dominicæ Reſurrectionis.* Init: *Non queo fratres kariſſimi* &c. *col.* 215. *De Pſalmo* CXVII. Init: *In omni pſalterio* &c. *col.* 200. *De Reſurrectione Domini.* Init: *Exulta caelum et in letitia eſto terra* &c. *col.* 204. *Vnde Supra.* Init: *Beneficia Dei noſtri* &c. *col.* 205. *In Aſſumptione Sancte Marie Virginis.* Init: *Cogitis me o Paula et Euſtochium* &c. *col.* 92. *Sermo ad Paulam et Euſtochium et ad reliquas Virgines cum eis degentes.* Init: *Scientes fratres dilectiſſimi auctori noſtro* &c. *col.* 110. En igitur *Sermones* X. perperam a piis Indoctis olim *Hieronymo* adſcriptos, a *Vallarſio* in T. *cit.* repoſitos, praeviisque *Monitis* inſtructos, e quibus, arbitro ſaepe *Eraſmo*, diſces, quid de iis, eorumque veris Autoribus probabiliter conjectari poſſit.

III. *fol.* 245. *ἀνεπιγραφως Hieronymi Libri II. adverſus Jovinianum.* Ineunt: *Pauci admodum dies ſunt, quod ſancti ex urbe fratres* &c. et finiunt: *epicuri luxuriam ſuſceperunt.* Subditur: *Vbertinus de Rota.* De quo, ſi quidem Librarius fuit, dolendum, aut mendoſo Exemplari nimium religioſe adhaeſiſſe, aut minus ingenio et latinae linguae peritia valuiſſe, quam calami elegantia. Quae in marginibus quandoque notantur, levia ſunt.

CCCIX.

Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 94. f. bene perſcriptus, rubricis illuſtratus, quondamque *ſancte Marie virginis in pawmgartenperig ord. Ciſtercien.* ſequentia complectitur: I. *Incipit Liber Sancti iheronimi Contra Jovinianum.* Praeeunt *Capitulationes Libri Primi*, et ſequentes Verſus: R. 3069

Suſcipiat deuota fides hęc uerba piorum,
Quę nobis fidei preſtant cognoſcere callem,
Excludunt erroris iter ſub dogmate uero,
Ac pandunt ſecreta dei miracula cunctis.

Veſtra